

PROGRESSIO.

Complures numeros æquali excessu progredientes, in unam colligere summam, compendio quodam docet, Fit autē hoc modo, In omni progressione numerū primum adde ultimo productum per medium locorum, uel locorum numerum, per medium collecti multiplica, Numerus qui ex eiusmodi multiplicatione prodit, numerorum omnium summam indicat, ut 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. faciunt 28.

Item 2. 4. 6. 8. 10. 12. 14. horum summa est. 56.

Item 5. 8. 11. 14. 17. 20. adde modo prædicto, prodeunt 75.

In Proportionibus numerū ultimū, per illum numerum, à quo denominatur Proportio, multiplica, producto aufer progressionis primum, residuum per numerum unitate minorem, quam ille est, à quo denominata siue facta est Proportio, diuide, Productus summam omnium ostendit, ut 1. 2. 4. 8. 16. 32.

B 5 facit